



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 5. Institutio facta spreto patrono nunquid sit ipso iure nulla, an vero
sit annullanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

daretur dicta institutio per su
peruenientem validitatem
ex vi dictæ præsentationis. fa
ciunt notata in cap. cura. de
iurepatronat ita potest intel

ligi Bald. in l. ex placito. C.
de rerum permut. & in l. siue
initio. C. de codicill. vide
Lamber. de iurepatron. lib. 2.
p. 3. quæst. 2. art. 1.

CAP V T Q V I N T V M.

Institutio facta spredo patrono nunquid sit ip
so iure nulla, an vero sit annullanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Institutio facta spredo pa
tronu nulla est.
- 2 Collatio Episcopi facta ipsi
patrono ex post facto consen
tienti valet.
- 3 Institutio facta præsente
patrono valet.
- 4 Præsens & tacens habetur
pro consentiente.
- 5 Taciturnitas habetur pro
consensu.
- 6 Beneficium collatum tan
quam devolutum, cum non es
set devolutum, nulliter est col
latum.
- 7 Ratificatio patroni actum
conualidat.
- 8 Collatio Episcopi facta ab
sente patrono, qui postea pre

- sentauit, nulla est.
- 9 Si tamen patronus postea
consentiat, valet.
- 10 Collatio Episcopi nulla ali
quando conualidatur.
- 11 Collatio Episcopi non valet,
si deuolutio fiat ad inferiorem.
- 12 Permutatio beneficiorum
sine consensu patronorum est
nulla.
- 13 Collatio Episcopi valet spre
to patrono, quando patronus
non potest præsentare quem
vult.
- 14 Collatio facta à legato de
latere spredo patrono ecclesi
stico valet.
- 15 Institutio facta ad præsen
tationem patroni, qui iufpa
tronatus donauit, non est ipso
iure nulla.
- 16 In-

- 16 Institutio quando fit spredo patrono, non refert utrum sit verus patronus, vel in quasi possessione iuris praesentandi.
 - 17 Institutio Episcopi facta, spredo patrono potest a suo Vicario reuocari.
 - 18 Collatio Episcopi præfertur si concurrat cum collatione Vicarij.
 - 19 Institutio fieri potest etiam post mortem presentantium.
 - 20 Patroni laici possunt varia re intra debitum tempus.
 - 21 Modus recognoscendi patronum est, quando post institutionem pronunciatur patronus.
 - 22 Casus, in quibus consensus patroni validat institutionem.
 - 23 Patroni consensus habetur pro presentatione in permutatione, & resignatione.
- I**nstitutio † si fiat absque patroni presentatione, & patrono spredo, nulla est. cap. decernimus. 16. quæst. 7. facit tex. in cap. illud. vbi Hostien. & Abb. de iurepatron. idem Abb. in capit. ex insinuatione. de iurepatronat. An autem talis institutio sit ipso iure nulla, vel potius sit annullanda, ponas plures con-

clusiones cum Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 3. quæstione 2. artic. 2. num. 7. & sequentibus.

2 Prima † conclusio, quando Episcopus contulit beneficium patronatum ipsimet patrono ex post facto consentienti, & tunc valida est, secundum Abb in sua quæst. 5. incip. Augerio. in secundo dubio. num. 7. & ratio est, quia non potest dici facta sine consensu patroni, eo quia patronus assensum præstítit, licet ex post facto. vide Felin. in cap. cum Bertoldus. col. 4. de re iudicata.

3 Secunda † conclusio, quando institutio fuit facta alteri, sed præsente patrono, tali casu patronus habetur pro consentiente. Abb. vbi supra. in dicta quæst. Quoties † enim agitur de præiudicio præsentis, & tacentis, qui contradicendo potest actum impedire; si non contradicat, habetur pro consentiente. glos. vlt. in l. Caius. ff. de pignorat. act. & in c. nonne. de præsumption. & in cap. is, qui tacet. de regul. iur. libro 6. faciunt dicta per Felin. in c. super eo. ante finem. de off.

232 Pars II.Lib.XII.Cap.V.

- deleg. & in dicto cap. cum
Bertoldus. col. 4. limit. 3. Et
4 tali casu † taciturnitas habe-
tur pro consensu, fauore cul-
tus diuini, ut ecclesia ordine-
tur, si fuit præfens patronus
vocatus , seu non vocatus ,
dummodo fuerit præfens .
- 6 Tertia † conclusio , quan-
do patronus est absens , & E-
piscopus beneficium contulit
tanquam deuolutum , cum
vere non esset deuolutum , &
tunc non tenet collatio, cum
nondum patronus esset pri-
uatus iure suo. per text. in
cap. ex parte . cum ibi norat-
is. de concess. præben. Abb.
in dicta quæst. 5. incip. Au-
gerio. Rot. Roman. de iure
patron. in antiquis. decis. 10
Felin. in dicto cap. cum Ber-
toldus. colum. 4. limitat. 1.
- 7 Nec sequens † ratificatio pa-
tronii potest actum conualidare ,
cum non possit à pa-
trono ratificari id, quod eius
nomine non fuit factum. cap.
ratum. de reg. iur. lib. 6.
- 8 Quarta conclusio † quan-
do Episcopus simpliciter con-
tulit beneficium absente pa-
rrono , qui postea venit , &
infra tempus sibi à iure con-
cessum præsentauit alterum ,
- & tunc collatio Episcopi est
ipso iure nulla . Abb. vbi su-
pra. colum. 14. dicto cap.de-
cernimus. Felin. in dicto ca-
cum Bertoldus. col. 3.
- 9 Quinta † conclusio ,quan-
do Episcopus contulit bene-
ficium, & patronus infra de-
bitum tempus assensum præ-
sttit expresse , & tunc valet
collatio , prout ex nunc, non
prout ex tunc. Abb. vbi sup.
colum. 14. Felin. in dicto c.
cum Bertoldus. colum. 4. in
princip.
- 10 Sexta † conclusio , quando
Episcopus contulit benefi-
cium , & patronus infra de-
bitum tempus ei à iure datū
ad præsentandum non con-
sentit , nec contradicit , vel
scienter præsentauit indignū,
& sic remansit priuatus iure
suo; & tunc dicta collatio Epi-
scopi conualidatur irrevoca-
biliter absque noua collatio-
ne . Abb. vbi supra . Felin. in
dicto cap. cum Bertoldus co-
lumna 5. in fine . Si tamen †
collatio deuoluatur ad Infe-
riorem Episcopo habentem
instituere , & tamen Episco-
pus cōferat; talis collatio nullā
est, cum spectet ad infe-
riorem . Abb. vbi supra , quo
casu



Pars II.Lib.XII.Cap.V. 233

- casu Episcopus tenetur prouidere de alio beneficio illi, cui inale contulit dictum beneficium. cap. inter cætera iuncta ibi gloss. in verbo assignauit.
- 12 de præben. Similiter si beneficiati permutent beneficia, iurispatronatus sine consensu patronorum, & absque eorum consensu Episcopus confirmet permutationem, talis confirmatione est ipso iure nulla, per tex. in dicto cap. decernimus, sed reconualescit per superuenientem patronorum. consensum tacitum, vel expreſſum, secundum Card. in Clement. 1. col. 14. de supplen.
- 13 neglig. Præl. Neque t̄ attēditur patroni consensus quando non potest præsentare quem vult, tunc enim sp̄r̄to patrono institutio, seu collatio Episcopi valida erit. Felin. in dicto cap. cum Bertoldus. col. 6. limit. 6.
- 14 Septima t̄ conclusio. collatio beneficij facta à legato de latere, sp̄r̄to patrono ecclesiastico, valet: idem est si Papa disponit de beneficio patroni laici iurispatronatus expresse derogando, vt in cap. cum dilectus. de iurepatron. Abb. in cap. illud. in fine. de iurepatronat. Sed si institutio
- 15 fiat t̄ ad præsentationem patroni, qui antea iurispatronatus donauit, non est ipso iure nulla; fed debet irritari ad instantiam donatarij. ita habetur in dicto cap. illud. in fine. in vers. si vero. Et quando fit
- 16 institutio t̄ sp̄r̄to patrono, nō refert an sit verus patronus, an vero sit in quasi possessione iurispatronatus, seu iuris præsentandi, cum hæc duo æquipolleant. Cardin. consilio 69. num. 4. Rocch. de Curte. de iurepatronatus. in verbo, honorificum. quæst. 1. in fine.
- 17 Octaua t̄ conclusio, quod si institutio facta sit ab Episcopo sp̄r̄to patrono, potest eadem reuocari ab eius Vicario generali instantे patrono, & debet instituere præsentatum à patrono. ita Ioan. Andr. in cap. 2. de offic. Vic. lib. 6. per dictum cap. decernimus. 16. quæst. 7. cum nulla sit ea facta ab Episcopo, securus si esset valida. Verum,
- 18 si eodem t̄ die sit facta collatio beneficij ab Episcopo extra Diœcesim, & ab eius Vicario generali in Diœcesi, preferitur facta ab Episcopo, quia su-

234 Pars II.Lib.XII.Cap.V.

superior. Calderin. cons. 2. de offic. Vicar. incip. an collatio Episcopi. vide Lambertin. artic. 3. vbi supra .
 19 Insuper t est notandum , quod institutio fieri potest per habentem instituere, etiam post mortem præsentantium , licet alij successerint patroni per ea , quæ dicit Bart. in leg. si ita \$. si domus. ff. de 20 leg. i. Possunt tamen patrōni succedentes variare si sunt laici , & si adhuc tempus duret datum ad præsentandum , quia dicuntur vna , & eadem persona successores cum prædecessoribus, per dicta ab Abb. in cap. cum accessissent. de constitutione quo vide Lambertinum vbi supra artic. 4. & etiam post institutionem potest fieri præsentatio. cap. si vero , vbi glof. vlt. de iurepatronatus. vbi Abbas. Et hic est vnu modus recognoscendi 21 verum patronum , vt t sit ille , qui pronunciatur patro-

nus post institutionem factam ab Episcopo , & idem dicunt Doctor. in cap. eam parte de iurepatronatus, & Abb. in cap. per nostras numer. 3. de iurepatronatus. Et quamvis talis t præsentatio non conualidet institutionem validam iam secutam , possunt tamen daricatus , vt supra , in quibus solus consensus patroni validat institutionem .
 23 Et in t permutatione, seu resignatione, consensus patroni habetur pro præsentatione : & in praxi vidi pluries consensus patronorum præstitos post institutionem , & ab Ordinario admissos , ex quibus conseruatur quasi possessio patronorum , & de hoc Lambertinus , vbi supra artic. 5. Scias tamen quod pensio annua potest imponi super fructibus beneficij , quod est de iurepatronatus , sine consensu patroni vide Gigantem de pensionibus. quest. 23.



CA-